

*DISCURSUS*  
**POLITICI**

SINGULARES,

*DE*

INFORMATIONE ET  
COACTIONE SUBDITORUM,

UBI AGITUR

- I. *De Educatione, Studiis literarum; Peregrinatione, curâ Religionis.*
- II. *De Præmiis, Pœnis, Legibus.*
- III. *De Magistratibus & Censoribus.*

AUCTORE


CHRISTOPHORO BESOLDO JG.



ARGENTORATI,

Sumptibus Hæredum LAZARI ZETZNERI.

ANNO M. DC. XLVII.



DISSERTATIO I.  
DE EDUCATIONE,  
STUDIIS LITERARVM,  
PEREGRINATIONE, ET  
CURA RELIGIONIS.

CAPUT I.

*Generalissima Reipublica conservande  
præcepta continens.*

**D**E constitutione Reipublicæ, & ejus partibus alibi actum à me fuit, ut & harum partium jura, ac proprietates utcunque sunt explicatæ. Nunc porrò quomodo, omnes hæc partes, officio suo probè debeant fungi, pro instituti ratione succinctè dicam. Idque perfunctoriè faciam, & sine præjudicio aliorum opinacionis. Ingeroque illud Lanctantij, 3. lib. Divin. instit. c. 7. ad fin. Si eligere possumus, quod est melius, jam non est Philosophia nobis necessaria: quia sapientes jam sumus, qui de sapientum sententiis judicemus. Consistit hæc tractatio in Reipublicæ conservatione, amplificatione, & morbi status curatione. Sarta testa autem Respublica est conservanda, tam à periculo corruptionis internæ, quam ab externa vi; neimpè ut cives nolint: Hostes nequeant malum moliri. Hocque respectu Aristot. 7. Polit. cap. 14. dicit: Omnem vitam in negotium & otium; Pacem & bellum divisam esse. Quemadmodum vero ea Politices pars, quæ de administratione Reipublicæ tractat; magis necessaria videtur, quam ea, quæ de constitutione Reipublicæ agit: ita summa cogitationum nostrarum, hæc esse debet; cum Pericle magis domestica vitia, quam hostes metuere, Everhard. à Weihe, de prærogat. success. B. 4.

II. Firmitas & conservatio Reipublicæ, internam contra corruptionem; in duobus hisce præcipue consistit: (1) ut subditi bene recteq; regantur; (2) & cum etiam, ut Status ac forma Reipub. ab omni corruptionis labe protegatur. De his autem antequam dispiciamus, generalia quædam circa conservationem sunt præmittenda: concernentia tam subditos, quam imperantes. Quemadmodum autem Respublica subditis & imperantibus constat; ita conservatio, vel subditos vel imperantes (seu statum & formam Reipublicæ) primariò concernit. Et sunt hæc duas species contradistinctæ: prior principaliter & immediate ad subditos spectat, per consequenciam tantum ad imperantes, posterior species è contra principali-

VI. Quemadmodum Musicorum cantibus mutatis, etiam civium mutatur Status, ex sententia Platonis: sic Nobilium vitâ, victuque mutato, & mores civium commutantur. Cicero 3. *de Legib.* Indeque ut in corporibus, sic in Imperio, gravissimus est morbus, qui à capite, aut membris principalibus diffunditur. Cumque pauci, atque ad nodum pauci, honore & gloriâ amplificati, vel corrumpere mores civitatis, vel corriger possint: maxumumque compendium bene instituendi & reformandi Rempublicam sit, ritè instructa Aula. Omnes ergo Principes & Optimates, periculum scandali evitent, bonisque moribus studient. Aulae mores corrigit bonus Princeps. Guevara in *Marc. Aurel. c. 24.* Plus enim exemplo, quam peccato nocent: nec tam malū est peccare Principes, quantum illud, quod permulti imitatores Principum existunt. Exemplum optimus est Censor. Ac laudem meretur Artaxerxes, qui noluit aliquem pro more Persicum, cogi ad bibendum. Joseph. II. *antiq. cap. 6.*

**V**isum etiam est adjungeret discursum Germanicum,  
ex iis, quos olim vix adolescens conscripsi; cum is  
de Censura agat.

### Von der Römer Censur / vnd wolangesehener Augordnung.

*S. 1. Inst. l.  
10. S. 2. ff.  
de just. &  
jur.  
Curva cor-  
rigere.  
S. Iuris piz  
cepta. Inst.  
l. 10. S. 1. ff.  
reg. jur.  
De Censo  
ribus, latè  
Geor. Eber  
lin, ad tit.  
d. orig. jur.  
c. 14.  
Bodinus 6.  
de rep. c. 1.  
fol. 630.*

**S**i wollen die Juristen / in dem sie ihr Professionem; rerum Divinatum atque humanarum notitiam, justi atque injusti scientiam definieren / darsür angesehen seyn / als wann sie das frumme grad / vnd dero fürgeben nach mit ihrer Kunst so viel zu wegen bringen könnten / daß ehrlich gelebt / rigere. niemand vernachheile / vnd jedem / was ihme gehörig / zugesetzt würde. Es ist aber hingegen / meines crachtens / mehr dann offenbar; daß vnangesehen / vermittelst wolangestellter Gerichten / der so sich beschädiget oder vervorteilt befindet / widerumb erholen / vnd dasjenige / so ihm gebüret / bekommen maa. Doch besagte Gericht / jureve civili prodire Actiones vnd Proces, ein ehrlich vntadelich Leben zu erhalten oder begahren / so wenig quingsam / daß auch nicht alles / so sonst in Rechten zugelassen / vor erbar vnd rühmlich gehalten wirdt. Darumb dann die Römer / als welche solches zeitlich verspüret vnd gemerkt / ihren Censoribus, neben andern vornehmten Verrichtungen / auch insonderheit der guten Sitten wahrzunemen außerlegt. Und weil über das alle / so wol publica als privata delicta, durch anderte Magistratus gerechtfertigt würden: haben besagte Censores, fürnemlich deren Laster / so durch sonderbare Gesetz nicht verbotten / doch an ihme selbsten vngebürlich / vnd dem gemeinen Wohlstand nachtheilich / auf das fleißigste erforschet / und nicht allein die allbereit eingewurzelte Untugenden / gleichsam mit Vneergrabung vnd beschabung dero Wurzeln aufzerottet: Sondern auch / so zu reden / allen Samen / vermittelst dessen andere vnd neue mit der Zeit aufzwachsen möchten.